



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XLI. De Silesia & Morauia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

qui hodiisque totam ferè Bohemiam inficiunt. Eorum hæresis primaria est, SS. Eucharistiam sub vtraque specie calicis dan- *Hussitæ.* dam esse: ideoque calicis signum pro tem- plorum suorum foribus collocare so- lent.

Præter Hussitas, viuunt in Bohemia ma- gno etiam numero Lutherani, Caluinistæ, & Picardi: quorum postremi sunt reliquæ *Picardi.* veterum hæreticorum VValdensium. His nomen dedit Petrus VValdus, ciuis Lugdu- nensis, anno circiter 1170. qui patriâ reli- ctâ, cum in Picardiam regni Galliæ Pro- uinciam venisset, multos in eâ sectatores nactus est. Inde in Germaniam transiens, demum in Bohemia confedit: vnde etiam hodie, iij qui ea dogmata amplectuntur, Picardi vocantur. Sic ex Vido Perpiniano, Episcopo Lodeuensi, qui Inquisitoris mu- nus in VValdenses exercuit, Iac. Thuanus tradit Hist.lib.6.

## CAPUT XLI.

DE SILESIA ET  
*Moravia.*

**D**Væ istæ Prouinciæ ad regnum Bohe- miæ pertinent, certis fœderum con- ditionibus. Vtraque varijs sectis, vt

G 4

Bo-

Bohemia, est infecta. In Morauia multæ sunt Anabaptistarum congregations, in cōmuni viuentes, qui Germaniæ ac Belgij Anabaptistas, vt hæreticos damnant, & anathematizant.

*Preslavv.* Silesiæ caput est Vratislauia, quæ Episcopum habet Catholicum, Gnesnensi Archiepiscopo suffraganeum.

*Olmuntz.* Morauiæ primaria vrbis est Olomucium, quæ pariter Episcopum habet Catholicum, Pragensi Archiepiscopo suffragantem. Is nunc est Serenissimus Archidux Leopoldus, Ferdinandi Bohemiæ Regis frater.

## C A P V T XLII.

### DE REGNIS HVNGARIAE, Dalmatiæ, Croatiae & Sla- uoniae.

**H**Vngaria, quam Danubius medium interfluit, duas habet vrbes Archiepiscopales, Strigonium & Colociam. Strigonensis Archiepisc. est regni Hungariæ Primas, & Legatus natus, residetq; nūc Tirnauiae, Strigonio à Turcis occupato. Suffraganei autem sunt Episcopi VI. Nitriensis, regni Cancellarius. Nitrich. Iaurinensis ad Danubium fluuium. Raab. Agriensis, Agria, sub Turcis.

Vac.